



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Sacri sacerdotij defensio co[n]tra Lutheru[m]

Fisher, John

Coloniæ, 1525

VD16 F 1240

XIII Sed pergamus in frontes meretricias lupanarium ist oru[m] colligere testimonia, quibus sacerdotiu[m] noui testamenti statuit[ur], ut oppilemus & obmutescere faciamus os impudentium hominum ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30878**

De sacra sacerdotij defensione cōtra Luth. XXX

stum interpellent, uerum etiam ignorantem instruant, aberrā  
tem arguant, dormitantem excitent, & deniq; frigescentē ac  
cendant, cæteraq; faciant, quæ pastoribus incumbunt anima  
rum. Ex quibus liquet item & id quod sequitur q̄ nihil habe  
at ueritatis.

XIII

¶ Nam subdit. Quin ipsi per sese accedunt a deo docti, de  
inceps mediare & docere potentes, eos qui nōdū sacerdotes,  
id est nondum Christiani sunt.

Fatemur quenq; christianum ad deū posse per seipsum ac  
cedere, ut dicat precatōne dominicam, & ueniā postulet atq;  
gratiam. Cæterū q̄ inepti sint ad docendum alios, qui nondū  
christiani sunt, res ipsa manifestat. At ut istud donemus quof  
dam posse, nihilominus tamen & cæteris, nemo non perspi  
cit, opus esse, tum intercessoribus, tū eruditoribus qui mone  
ant, excitent, erudiant, increpent.

Sequitur. Atq; ita sacerdotiū noui testamenti prorsus sine  
personarū respectu regnat cōmuniter in omnibus spū solo. Si  
cut dicit Gala. 5. In Christo Iesu nō est Iudæus, nō est Græcus,  
nō est masculus, nō est fœmina, nō est dñs, non est seruus, sed  
omnes uos unum estis in Christo.

Ad hæc, unitas nihil impedit quin mēbra uaria sint, & nō  
singula paribus p̄dita donis, quū intra corporis huius unitatē  
idē Paulus affirmet, alios esse datos ap̄los, alios uero prophe  
tas, alios autē euangelistas, alios pastores & doctores. Et cer  
tum est has nomenclaturas cuius e plæbe neutiq; conuenire  
quū alibi testetur Paulus, nec omnes apostolos esse, neq; om  
nes prophetas, sed nec doctores esse singulos. Quamobrē &  
palam est, id quod Lutherus hic asserere molitur, omnino pu  
gnare cōtra scripturarum ueritatem.

XIII

¶ Sed pergamus in frontes meretricias lupanarium ist orū  
colligere testimonia, quibus sacerdotiū noui testamenti sta  
ruif, ut oppilemus & obmutescere faciamus os impudentium  
hominum istorū. Primus adest Petrus. I. Petri. II. Deponen  
tes igitur omnem dolū, & simulationes, & inuidias, & omnes  
detractiones, sicut modo geniti infantes, lac rationabile & si  
ne dolo concupiscite, ut per ipsum crescatis in salutē, si tamen

## CONGRESSVS TERTIVS

« gustastis quoniã dulcis est dñs. Ad quẽ accedentes, lapidem  
 « uiuũ ab hominibus quidem reprobatũ, a deo autẽ electũ & ho  
 « norificatũ & ipsi tanq̃ uiui lapides superædificamini in sacer  
 « dotiũ sanctũ offerentes spũales hostias acceptabiles deo per  
 « Iesum Christũ. Et infra. Vos autẽ genus electũ, regale sacerdo  
 « tiũ, ut uirtutes annũcietis eius, qui uos uocauit de tenebris in  
 « admirabile lumẽ. Alterũ est testimoniũ Apoca. 5. Fecisti nos  
 « deo nostro reges & sacerdotes, & regnabimus super terram.  
 « Tertiũ, Apoca. 22. In his secunda mors non habebit potesta  
 « tẽ. Sed erunt sacerdotes dei & Christi eius, & regnabunt cum  
 « eo mille annis. Quis autẽ liber Apocal. ueterũ calculo, non  
 « sit plenæ authoritatis in contentione, tamen uisum est aduer  
 « sarijs etiã ex ipso testimonia opponere, in quibus certũ est uer  
 « ba fieri de omnibus christianis, eosq; sacerdotes & reges ap  
 « pellari, quod ut de uisibilibus regibus intelligi non potest, ita  
 « nec de uisibilibus sacerdotibus intelligi ipsa uniuersitas chri  
 « stianorum permittit.

Hæc postrema Lutheri uerba plane sustulerunt omnem a  
 prioribus scripturis ambiguitatẽ. Nã si non aliter quisq; de po  
 pulo sacerdos sit q̃ rex, sitq; manifestũ itẽ eisdẽ non ita reges  
 esse, ut eis alios regendi data sit potestas, cõsequens est, ut nec  
 sacerdotes alijs instituti sint q̃ sibi solis. Nos uero de sacerdo  
 tibus loquimur, qui per ecclesiæ præsidēs ad id muneris uoca  
 ti sunt & ordinati, cooperãte deo, & gratiã eis diuinitus infun  
 dente. Quare nihil aduersum nos hæ scripturæ militant. Ne  
 que enim inficiamur, singulũ quẽq; christianũ & regẽ & sacerdo  
 tẽ esse, uerũ sibi ipsi, non cuiuis alteri. Nã ut cæterorũ regimẽ  
 phas non est cuiuis usurpare, ita nec sacrorũ ministeriũ arropa  
 re licebit. In summa. Sicut singuli, reges sunt, ita sunt & sacer  
 dotes, & ut alios regere singulis prohibetur, ita prohibetur &  
 sacerdotium.

Quisq; chri  
 stianus est rex &  
 sacerdos sibi  
 ipsi.

Hebr. 5.

XV

¶ Atq; præter hæc tria testimonia, nihil in uniuerso testa  
 mẽto nouo inuenit, qd sacerdotiũ ex nomine meminẽrit.

At quid si non hoc nomine, scripturæ quicq; de sacerdoti  
 bus meminissent, nõ propterea consequit qd nulli sint omni  
 no sacerdotes, hanc dialecticã negatiuã uelut imperitã & in